UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Bene abbate. Cap[itulum]. lxxij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶ De ſctō Hildeberto epō. Cap. lxxi.

Hildebertus cenomañ. epūs poſtea turonenſis archiepūs fuit. Hic berēgarij turonēſis diſcipulus verſificator ⁊ dictator egregius librū elegantē de contēptu huius vite partī metrice ptim pſaice dictatū cōpoſuit: qui etiā vt ipſe de ſe in quadā ſua epiſtola refert multas tribulationes ⁊ vincula p xpō perpeſſus eſt ab emulis: videlicet retrocli comitꝭ cenomanēſis: q illū de comitatu eiecerat: ⁊ comitatū eius vſurpauerat. Qui ſanctus a predictis hoſtib⁹ detentus eſt iniuſte: eo q comitē exiſtentē in carcere viſitaſſet: ⁊ teſtamētū ipſius ſua manu conſcriptū matri detuliſſet. In ipa ergo cuſtodia multas paſſus afflictiones: epl'as plures ſcripſit. Tandez eiect⁹ de carcere turoni archiepūs ordinatus: virtutib⁹ ⁊ ſctitate refulſit: ⁊ apud eadē ciuitatē i pace dormiuit: ibiqꝫ iacens in miraculis viuit.

¶ De ſancto Didacho epo. Cap. lxxij.

Didachus epūs exomenſis magiſter fuit ſcti dñici ordinis predicatorū fundatoris: cuius ⁊ ille fuit canonicus regl'aris ⁊ exide ſuppor canonice ipſius. Hic cum. xij. abbatibus ordinis ciſtertienſis ⁊ cluniacenſis: ⁊ cū quodā apoſtolice ſedis legato ad terram albigenſez miſſus eſt ad pdicādū cōtra hereticos albigēſes: q tale cōſiliū collegis in officio pbuit: vt q xpz pauperē ibāt predicare: eiuſdē ſe vite oſtenderēt operib⁹ coformare: vt ex hoc aias facilius lucrarent ad xpm. Et ſic cōſilio didachi equitaturas ⁊ pōpoſaz ſupellectilē dimitētes: in habitu humilitatis ⁊ geſtu paupertatis incedētes officium pdicationis pſecuti ſunt: in quo officio predictus pater cū ſancto dñico ei⁹ canonice ſuppriore ſibi aſſiſtēte laudabiliter ſe geſſit: ⁊ multos ad xpm ꝯuertit. Poſt bienniū aūt ad eccl'iā ſuā redire diſponēs: loco ſui beatū dñicū vicariū dereliquit. Dūqꝫ poſt multos labores exomā perueniſſet: pedes tranſiens per caſtellam: ad extremum vite ſue perductus eſt. Qui poſt obitū miraculis claruit.

¶ De ſancto Bene abbate. Cap. lxxiij.

Bene abbas fuit i deſerta thebaidis: de quo hieronymus dicit: q nunq viſus eſt irare: neqꝫ mētiri: neqꝫ iraſci: neqꝫ ocioſum verbum pferre: ſed vita eius erat in ſummo ſilentio: mores tranquilli: vt p oia quaſi angelici ordinis videretur. Humilitas quoqꝫ immenſa: p nihilo in omnibus ſemetipſum ducens. Hic dum beſtia quedam nomine hiperpotaurus regionem ſibi pximam vaſtaret: ⁊ rogatus ab agricolis venit ad locum ⁊ beſtie in nomine ieſu precepit: ne amplius terram illam vaſtaret. Beſtiaqꝫ ſtatim recedens nuſq comparuit. Simili modo crocodilum ab eo alio tempore fugatum perhibebant. Hec in vitis patrum.

¶ De ſctō Pitrione abbate Cap. lxxiiij.

Pitriō abbas fuit in thebaide in mōte qdam prupto fluuio imminēte: in quo erant per ipa precipitia ſpelunce difficiles acceſſu: in his monachorum plurimi commanebant: quorum pater erat pitrion. Hic diſcipulus ſancti antonij fuit: ⁊ poſt eius obitum cū amone habitauit: ⁊ poſt huius abſceſſum in predicto ſe mōte conſtituit. Qui gratia ſanitatum ⁊ fugandorum ſpirituum miro modo clarebat: ⁊ immundorꝫ demonū noticiam maximam habebat. Dicebat aūt neminem poſſe demones eijcere: niſi prius a ſeipſo vicia eiecıſſet. Et quicunqꝫ ſuperaſſet vitia propria: poſſet de facili demones ſuperare. Hic ſecundo in ſeptimana reficiebatur pulmentula ex farre ſumens: nec aliaꝫ iam poterat eſcam recipere: neqꝫ etate: neqꝫ māſuetudine permittente. Hec vbi ſupra.

¶ De ſancto Heronio ſene. Cap. lxxv.

Heroni⁹ ſenex annorum. cx. diſcipulus fuit beati antonij. Qui in deſerto nitrie in heremo habitauit poſt mortē magiſtri ſūme humilitatis gratia refertus. Et in eadem ſolitudine plen⁹ ſanctitate quieuit. Hec in vitis patrum.

¶ De ſctō Diogene monacho. Cap. lxxvi.

Diogenes anachorita alius beati antonij diſcipul⁹ fuit. Hic erat vir ſumme prudētie in eodez nitrie deſerto degēs. Cuius ſermo ⁊ narratio oēs ad ſe venientes edificabat potiſſime cuꝫ de magr̄i ſui vtutib⁹ loquere tur. Et hic etiā in eadem heremo dormiuit in pace. hec vbi ſupra.